

rian society (cf. *gent. mag.* 13, 1863 p. 302 s.) titulos Romanos observavit edideritve nescio; sed non puto illam societatem conservare aliunde non nota.

In *Herefordshire* non multa supersunt antiquitatis Romanae vestigia (cf. Goughs *Camden* 3 p. 65. 73; *Archaeologia* 23, 1831 p. 417; Iac. Davies *Archaeol. Cambr. ser. nova* 5, 1854 p. 91 ss.). Clarae ibi sunt *Kenchester* oppidi reliquiae Romanae; sed prodiit inde quantum scio titulus unus tantum miliarius Numeriani, quem edemus infra. Ioh. DUNCUMB

certe (*collections towards the history and antiquities of the county of Hereford. Hereford 1804—1812 2 voll. 4.*) titulos profert nullos, quanquam vestigia vitae Romanae, quae per totum comitatum reperta sunt, persecutus est diligenter. In museo, quod in oppido *Hereford* extat, servatur praeterea ara eo delata, ut putant, ex *Kenchester*; sed titulus eius, si quis fuit omnino, legi nequit (Goughs *Camden* 3 p. 66; Th. Wright *wanderings* p. 33). Proponendus hic est titulus unicus repertus in vico *Tre-tire* (n. 163) et servatus, ut Viroconienses, a Thoma WRIGHT.

154 *Wroxeter*, cippus rep. a. 1861; servatur in museo.

anaglyphum militis stantis, cuius pedes tantum supersunt
 . . . AMINIVS . T . f . POLIA
 annORVM XXXV-STIP-XXII-MIL-LEG
 xiiII . GEM . MILITAVI A/Q NVNC Hic Sum
 . . . LEGITE ET FELICES VITA PLVS . . .
 5 A/QVA HOI' L . . . A
 ADITIS VIVITE DVM SE'////
 . . . TA'////DATTEMPVS HONEST'////

Th. Wright *assoc. journ.* 17, 1861 p. 329; *gent. mag.* 12, 1862 p. 401 aeri incisa secundum photographiam; B. Botfield *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 2, 1861 p. 16 ad photographiam; Scarth et Mac Caul *gent. mag.* 14, 1863 p. 305 et *archaeol. journ.* 21, 1864 p. 132; Anderson *Uriconium* p. 122 male.

I T . POLIA traditur; ut appareat excidisse F, nam T pro tribu accipi nequit. In fine versus nihil deesse testantur omnes. 3 AQ NVNC H . I . S traditur: in lapide fortasse est AQ et H . S . S hic situs sum aut militavi[t] a[t]q[ue] nunc h(ic) s(itus) e(st). Supplementa trium hexametrorum incerta sunt; Scarth et Mac Caul talia proposuerunt: *perlegite et felices plus minus iusta(?) | omnibus aequa lege iter est ad Taenara Ditis. | Vivite dum Stygius vitae dat tempus honeste.*

Legionem XIV a. p. C. 70 e Britannia in Germaniam avocata esse neque inde rediisse dixi in praefatione p. 5; praeterea miles ipse et legio cognominibus carentes tam hic quam in titulo sequente ad primum saeculum ducunt.

155 Cippus fastigio ornatus rep. in *Wroxeter* a. 1752; altus p. 6 dig. 11, latus p. 2. Servatur in museo.

rosa
 M . PETRONIVS
 L . F . MEN
 VIC . ANN
 XXXVIII
 5 MIL . LEG
 XIII . GEM
 MILITAVIT
 ANN . XVIII
 SIGN . FVIT
 10 H . S . E

I. Ward *philos. transact.* 49, 1755 p. 196 tab. 5 fig. 3 (inde Goughs *Camden* 3 p. 23; Newton p. 112, 54a); Parkes ms. f. 58; Hartshorne *Salopia* p. 120; Wright *assoc. journ.* 15, 1859 p. 311, 2; Anderson *Uriconium* p. 123.

Cum *Vicetiam Meneniae* tribui adscriptam fuisse constet, v. 3 cum Mommseno solvendus videtur ut infra proposui; poterit autem etiam cogitari de *vic(sit) ann(os) XXXVIII*.

M. Petronius L. f. Men(enia) Vic(etinus) ann(or)um XXXVIII, mil(es) leg(ionis) XIII gem(inae), militavit ann(os) XVIII, sign(ifer) fuit. H(ic) s(itus) e(st). Probabile est legionem XIV Martiae victricis cognomina tum demum accepisse, cum a Nerone e Britannia evocata est (*Tacitus hist.* 2, 11. 66 cf. 1, 6 et titulus Vettii Valentis *Ariminensis* apud Grut. 1102, 6); ut recte observavit Grotfendius.

156 Cippus fastigio ornatus altus p. 6 dig. 8, rep. a. 1755 prope *Wroxeter* in agro about 200 yards north east a muris veteribus; servatur in museo.

rosa
 C . MANNIVS
 C . F . POL SECV
 NDVS . POLLEN
 MIL LEG . XX .
 5 ANORV . LII
 STIP . XXXI
 BEN . LEG . PR
 H S E

I. Ward *philos. transact.* 49, 1755 p. 196 tab. 5 fig. 1 (inde Goughs *Camden* 3 p. 23); Parkes ms. f. 58; Hartshorne *Salopia* p. 121; Th. Wright *assoc. journ.* 15, 1859 p. 311, 1; Anderson *Uriconium* p. 123.

7 PR nec primus pilus nec praefectus videtur esse, cum hoc munus altioris dignitatis sit, quam quae huc quadret, hoc autem aliter soleat notari. Pollentiam *Liguriae* in tribu *Polia* censam fuisse constat.

C. Mannins C. f. Pol(lia) Secundus Pollen(tia), mil(es) leg(ionis) XX, anoru LII, stip(endiorum) XXXI, ben(eficiarius) leg(ati), pr(inceps). H(ic) s(itus) e(st).

[Mihi explicatio magis placet haec *ben(eficiarius) leg(ati) pr(ovinciae)*; nam cum *beneficiarii consularis* passim reperiantur, potuit idem munus sic quoque ut hic factum est enuntiari. Th. M.]

157 *Wroxeter*; this fragment lies at the side of the road under the wall of the last farm house next to the church GOUGH. Nunc in museo.

L . vaLERIus
 L . F . GAL
 . . . MILES
 leg

Goughs *Camden* 3 p. 23; Th. Wright *assoc. journ.* 15, 1859 p. 311, 7.

158 *Wroxeter*, inserta muro of the vicarage house GOUGH. Nunc in museo.

eques hostem iacentem caedens
 TIB . CLAVD . TIB . f . .
 NIVS . EQ . COH . ui
 THRACVM . AN . n
 ORVM . LVI . ST . ip
 5 ENDIOR . . .
 H . S . e

terea quod hae stativa habuerunt in regionibus Britanniae septentrionalibus, illa autem redit *Duro-cornovii* (supra n. 67).

Tib. Claud(ius) Tib. [f. . .] nius, eq(ues) coh(ortis) [VI] Thracum, an[n]orum LVI st[ip]endior(um) . . . H(ic) s(itus) e(st)

Goughs *Camden* 3 p. 23; Parkes ms. f. 66; Hartshorne *Salopia* p. 123; Th. Wright *assoc. journ.* 15, 1859 p. 311, 5; Anderson *Uriconium* p. 128.

1 in fine TER Wright, 2 in. NIVS Gough; neque vero cogitaverim de *Tib. Claud(io) Ter[e]ntio*. De cohorte VI, non de I vel II, quae et ipsae fuerunt in Britannia, cogitandum videtur prop-

159 *Wroxeter*, rep. a. 1865; servatur in museo. Nisi videretur constare de origine, magis putarem exter nam esse.

D . M
 ANTONIAE . GEMELLAE
 DIADVMEVVS . PIENISSIMAE
 FECIT
 5 VIXIT ANNIS XXXIII

H. Johnson *Archaeol. Cambr. ser. III* 2, 1856 p. 367; Th. Wright *assoc. journ.* 15, 1859 p. 311, 6.